



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mechlinia Illustrata Luce Miraculorum S. Francisci Xaverii
Orbis Utriusque Solis Ac Thaumaturgi Chronicis Distichis
evulgata Anno M.D.C.LXVI.**

Grumsel, Gérard

Mechliniae, 1666

Elegia Tertia. Ex Puerperis partu & eò spectantibus liberatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13399

SIC Cerebrī partes, Vegetī sensVsqVe VaLebVnt:
CresCet & eXVLlVbVs VIta saLVsqVe MaLls.

ELEGIA TERTIA.

Ex Puerperis partu & eò spectantibus
liberatis.

QVaLls ab AVroræ popVLls Vbl LVCifer eXIt;
MoX fVgat æthereâ nVblLa CVncta faCe:

LVCet & Hesperlls, ILLIC Vt LVXIt Eols;

AC patrIVM CVIVIs eXhbet ore IVbar.

soL Ita XaVerIVs nVLLo non teMpore beLgls

LVCet, & eXhbltas eXpLICæ aXe faCes.

taLls In oCCasV est, qVaLls speCtatVs In ortV:

AVXILlo popVLls Mltls hIC VsqVe VenIt.

Et LeVat hIC LVctVs, & nVblLa qVæqVe DoLorls:

Et foVet hIC patVLo gaVDla. LaXa sInV.

ÆgraqVe qVæ fVerat, tanto sVb VINDICE VIVIt

TVta pVerperlo fæMlna qVæqVe sVo.

IVnXerat ELIsabeth LVstrls DVo LVstra DVobVs;

neC faCILIs partV, neC LeVIs aLVVs erat.

seV foret ID Vltlo pVerI, neXVsVe Maglæ;

Non eXILE sVo Ventre Latebat onVs.

NIL IVVat hIC sVCCo VarllsqVe LIqVorlVbVs Vtl:

neC ManVs hIC Vires, ars neqVe segnls habet.

QVIn qVerVLls sonVere fores VLVLarlbVs; & Vos

FVnestæ hInC LæVVM ConCroCItastls aVes.

Nata, parens, DIXIt, CVr te rVa soMnla VeXant?

Sosplte XaVerlo sat qVoqVe sospes erls.

DIXIt; & appLICVIt DIVI VIX pignora COLLO;

EXpLICItaqVe fVIt robore faCta parens.

Sic cerebri partes, vegeti sensusque valebunt:

Crescet & exulibus vita salusque malis.

ELEGIA TERTIA.

Ex Puerperis partu & eò spectantibus
liberatis.

Qualis ab Auroræ populis ubi Lucifer exit;
Mox fugat æthereâ nubila cuncta face.

Lucet & Hesperiiis, illic ut luxit Eois;

Ac patrium cuivis exhibet ore jubar.

Sol ita *Xaverius* nullo non tempore Belgis

Lucet, & exhibitas explicat axe faces.

Talis in occasu est, qualis spectatus in ortu:

Auxilio populis mitis hic usque venit.

Et levat hic luctus, & nubila quæque doloris;

Et fovet hic patulo gaudia laxa sinu.

Ægraque quæ fuerat, tanto sub vindice vivit

Tuta puerperio famina quæque suo.

Junxerat *Elisabeth* (*) lustris duo lustra duobus;

Nec facilis partu, nec levis alvus erat.

Seu foret id vitio pueri, nexuque *Magiæ*;

Non exile suo ventre latebat onus.

Nil juyat hîc succo variisque liquoribus uti:

Nec manus hîc vires, ars neque segnis habet.

Quin querulis sonuere fores ululatibus: & vos

Funestæ hinc lævum concrocitastis aves.

Nata, parens, dixit, cur te tua somnia vexant?

Sospite *Xaverio* sat quoque sospes eris.

Dixit; & applicuit Divi vix Pignora collo,

Explicitoque fuit robore facta parens.

L2

Nec

(s) *Elisabetha van-*
den Daeh 1660.
23. Junii.

NeC tVLIt aVXILII pVer hIC MInVs Ipse parente:
 XaVerlo CoLICVs sospIte LangVor abIt.
 BIs qVoqVe seX bāCChans IansenIa pLanXerat horas:
 NeC LVCIna ManV fVnCTa IVVante VenIt.
 Vt tenVIt DIVI plgnVs, MoX proLe soLVta est;
 VenIt & AVthorI grata fVtVra sVo.
 EnIXVra DIV fVerat RosenIa ConIVX;
 Et graVIDVs IVsto ponDere Venter erat.
 At fVgIVnt VIres, noCet & LVCIna: neC^oILLaM,
 AVXILIatRICI qVI IVVet arte, VenIt.
 VIX sVperest MaCtes; & aDVrItVr æstIbVs Vnà
 In pVeroqVe parens, InqVe parente pVer.
 sæpe faVens Chlon, rosenI hIC ConsVLE, DIXIt:
 Vna, VeL hIC DVpLeX pLaga fVtVra tVa est,
 XaVerlo Da Vota patrI: DeDIt ILLe; fVItqVe
 TVta parens pVero, tVtVs Vt Ipse pVer.
 CLara sVIs satIs est hel! proLIbVs ELstIa ConIVX;
 VnICa qVæ qVINIs qVINqVe sepVLChra DeDIt.
 HIs tVMVLVs Venter fVIt, aC oCCasVs In ortV:
 hel! neqVe LVstraLes hIC tVLIt ortVs aqVas.
 LVstratVr saCrIs; nIhIL hIC LVstraLIa prosVnt:
 XaVerII fVerat VINDICIs ILLVD opVs.
 hVnC aDIt, hVIC sVppLeX sanCto se DeVovet VnI:
 NeC CVræ spes est VIsa fVIsse LeVIs.
 NVnC frVCtV spe pLena VterVM CresCente gerebat;
 HeV! rVber eX toto Corpore fLVXVs abIt.
 FraCTa Labat CerVIX; LangVesCVnt VIrIbVs artVs:
 VentrIs ab assIDVo VVLsa DoLore IaCet.
 MVnItVrqVe saCrIs, aC theCâ eX peCtoRe pensâ:
 VerbaqVe VIX totIs VoCIBVs^oILLa refert,

Nec tulit auxilii puer (t) hîc minùs ipse parente:

Xaverio solicus sospite languor abit.

(t) *Ejusdem Fiholus 1660. 20. Septembris.*

Bis quoque sex bacchans Jansenia (u) planxerat horas:

Nec Lucina manu functa juvante venit.

(u) *Anna Jansens 1660. Mechlinia.*

Ut tenuit Divi Pignus, mox prole soluta est:

Venit & Authori grata futura suo.

Enixura diu fuerat Rosenia (w) coniux;

Et gravidus justo pondere venter erat.

(w) *Joanna Leentgens uxor Ludovici Roofsens 1661. in Elwyt.*

At fugiunt vires, nocet & Lucina: nec illam,

Auxiliatrici qui juvet arte, venit.

Vix superest macies, & aduritur æstibus unà

In pueroque parens, inque parente puer.

Sæpe favens Chiron, Roseni hîc consule, dixit:

Una, vel hîc duplex plaga futura tua est.

Xaverio da vota Patri dedit ille; fuitque

Tuta parens puero, tutus ut ipse puer.

Clara suis satis est hei! prolibus Elstia (x) conjux;

Unica quæ quinis quinque sepulchra dedit.

(x) *Catharina van Hoef uxor Petri vander Elst 1662. Aprilis.*

His tumulus venter fuit, ac occasus in ortu:

Hei! neque lustrales hic tulit ortus aquas.

Lustratur sacris, nihil hîc lustralia profunt:

Xaverii fuerat vindicis illud opus.

Hunc adit, huic supplex sancto se devovet uni:

Nec curæ spes est visa fuisse levis.

Nunc fructu spe plena uterum crescente gerebat;

Heu! rubet ex toto corpore fluxus abit.

Fracta labat cervix: languescunt viribus artus:

Ventris ab assiduo vulsa dolore jacet.

Muniturque sacris, ac thecâ ex pectore pensâ:

Verbaque vix totis vocibus illa refert.

Ela saLVs patræ! te VInDICE BeLgICa teLLVs
 VIVIt, & affLICtIs LVX DIVtVrna Vealt.
 SIC Deserta LICet, faC te ne Deserat Vno:
 AC parIter fastIs hoC faC Inesse tVIs.
 ADIICe serVatIs nVrlbVs tot oVantIbVs VnaM:
 sVnt qVoqVe, sVnt operæ tot noVa signa tVæ.
 sI tVlerIt partVs; Vates tVa gesta LoqVentVr;
 EXVVIIsqVe tVIs Debita seMper ero.
 Cor tIbI grata parens, argentea pIgnora, fIgãM:
 seD tIbI pLVs Infans pIgnorIs Instar erIt.
 DIXIt; & abreptIs sVbltò sine sensIbVs hæsit:
 Et VeLVtI LangVens eXanIMIsqVe fVIt.
 RVrsVs Vt orsa LoqVI est; aDerIt XaVerIVs, InqVIt:
 Non ea sVnt Vanã signa reLata ManV.
 LVX aDerat; ChIronqVe probo bene DoCrVs ab VsV,
 CaVsaqVe, CVr pVero ConsVLERetVr, erat:
 LæVa CrVCIs tItVLo, pVgnat ManVs aLtera LVCE:
 XaVerIIqVe sonVs Creber In ora VenIt.
 Ter proCVL hVnC Mystes VbI nVnCVpat, ELstIa feLIX
 partVrIt, aC fœtV soLVItVr Ipsa sVo.
 hInC LaChrIMæ, hInC pLaVsVs: sVperat, feLIXqVe VIrILI
 Est pVero genItrIX, est genItrICE pVer.
 VtqVe VenefICIs est VInDICE Libera DIVo,
 SIC VoVet hæC Vires hVIVs, & aCra LoqVI.
 QVID LoqVar Vt tVlerIt LaCtantIbVs, ILLe saLVbres
 AVXILII è CæLo, præSIDIIqVe VIas?
 proLe feraX, hel! LaCte parens, sVCCoqVe Carebat:
 VIX qVoqVe fons hVIVs sat LIqVet Ipse MaLI.
 pharMaCa nVLLa IVVant: qVerVLVs VagItqVe, sVæqVe
 NVtrICIs parCo LaC bIbIt ore pVer.

Eia salus patriæ! te vindice Belgica tellus
 Vivit, & afflictis lux diuturna venit.
 Sic deserta licet, fac te ne deserar uno:
 Ac pariter fastis hoc fac inesse tuis.
 Adjice servatis nuribus tot ovantibus unam;
 Sunt quoque, sunt operæ tot nova signa tuæ.
 Si tulerit partus; vates tua gesta loquentur;
 Exuviisque tuis debita semper ero.
 Cor tibi grata parens, argentea pignora, figam:
 Sed tibi plus infans pignoris instar erit.
 Dixit, & abreptis subito sine sensibus hæsit:
 Et veluti languens exanimisque fuit.
 Rursus ut orsa loqui est, aderit *Xaverius*, inquit:
 Non ea sunt vanâ signa relata manu.
 Lux aderat; Chirônque probo bene doctus ab usu,
 Causaque, cur puero consuleretur, erat.
 Læva Crucis titulo, pugnat manus altera luce:
*Xaverii*que sonus creber in ora venit.
 Ter procul hunc *Mystes* ubi nuncupat; *Elstia* felix
 Parturit, ac sætu solvitur ipsa suo.
 Hinc lachrimæ, hinc plausus: superat, felixque virili
 Est puero genitrix, est genitrice puer.
 Urque beneficiis est vindice libera Divo,
 Sic vovet hæc vires hujus, & acta loqui.
 Quid loquar ut tulerit lactantibus ille salubres
 Auxilii è cælo, præsidiique vias?
 Prole ferax, hei! lacte (y) parens succoque carebat:
 Vix quoque fons hujus sat liquet ipse mali.
 Pharmaca nulla juvant: querulus vagitque, suæque
 Nutricis parco lac bibit ore puer.

(y) *Isabella Key-*
nooghe 1660.25.
Aug. Muhlina.

Cruz

CrVX erat hæC IglTVr Mæstæ neqVe parVa, parentI:
 NVLLaqVe VeL sVCCI, spesVe LIqVorIs erat.
 Ast VbI tot ChartIs DIVI bene faCta reVoLVIt;
 XaVerIVs LaCtIs, DIXIt, hIC aVctor erIt.
 Ite sVperVaCVæ nVrrICes, Ite noVerCæ:
 soLVs hIC VberIbVs LaC VoVer VsqVe MeIs.
 DIXIt; & eXVVIIIs saCra hæC Donarla VoVIt:
 Vbera neC sVCCo post CarVere sVo.
 Te qVoqVe nVnC VLCVs LæVæ MartIna papILLæ
 IVsserat heV! qVerVLâ non nIsI VoCe LoqVI.
 NVLLa thors reqVies; oCVLos sopor VsqVe reLIqVIt:
 VIX tenVes sVMVnt ora CoaCta Cibos.
 Gangrenæ MetVs est; nIger hVnC CarbVnCVLVs aVget:
 neC qVoqVe, feLICI qVI IVVet arte, VenIt.
 Ah! qVID agas? MonItto sapIens tyronIs IesV
 XaVerIo sVppLeX soLVere Vota VoVes.
 OrsaqVe VIX fVeras, & faVIt, & annVIt æther:
 Et VIgor, aC Vires MoX reDlere tVæ.
 VberIs & VIrVs proCVL eXpVIt aLta CICatrIX:
 Et DoLor, & roDens, qVâ patet, VLCVs abIt.
 oCtaVâ te LVCe reDVX tyro ostIa pVLSans
 VIDIt ab VLCerIbVs ConVaLVIsse tVIs.
 DenIqVe qVæ patItVr, MaLa qVæqVe pVerpera passa est;
 XaVerII IVglI pressa LegVntVr ope.
 serVat hIC InnoCVas CVM proLIbVs VsqVe parentes;
 qVasqVe petVnt VireIs hIC bene CVLtVs habet.
 hOC IglTVr feLIX MeChLIInIa sospIte VIVIs;
 EVehIs hoC VICtrIX, qVâ patet, orbe CapVt.
 sIs LICet & terrIs nVtrIto CLara phILIPpo;
 CLarIor hoC stabILI pIgnore seMper erIs.

CruX erat hæc igitur mæstæ, neque parva, parenti:

Nullaque vel succi, spesve liquoris erat.

Ast ubi tot chartis Divi bene facta revolvit,

Xaverius lactis, dixit, hic auctor erit.

Ite supervacuæ nutrices, ite novercæ:

Solus hic uberibus lac vovet usque meis.

Dixit; & Exuviis sacra hæc donaria vovit:

Vbera nec, succo post caruere suo.

Te quoque nunc ulcus lævæ *Martina* (z) papillæ

Jusserat heu! querulâ non nisi voce loqui.

Nulla thoris requies; oculos sopor usque reliquit:

Vix tenues sumunt ora coacta cibos.

Gangrenæ metus est; niger hunc carbunculus auget,

Nec quoque felici qui juvet arte venit.

Ah! quid agas? monito sapiens *Tyronis* JESU

Xaverio supplex solvere vota voves.

Orsaque vix fueras; & favit, & annuit *Æther*:

Et vigor, ac vires mox rediere tuæ.

Vberis & virus procul expuit alta cicatrix:

Et dolor, & rodens quâ patet ulcus abit.

Octavâ te luce redux *Tyro* ostia pulsans

Vidit ab ulceribus convaluisse tuis.

Denique quæ patitur, mala quæque puerpera passa est,

Xaverii jugi pressa leguntur ope.

Servat hic innocuas cum prolibus usque parentes;

Quasque petunt vireis hic bene cultus habet.

Hoc igitur felix *Mechlinia* Sospite vivis;

Evehis hoc victrix quâ patet orbe caput.

Sis licet & terris nutrito clara (a) *Philippo*;

Clarius hoc stabili *Pignore* semper eris.

M

(z) *Martina Struyf*
bol 1660. in
VVaelhem.

(a) *Philippus I. d*
Maximiliano Pa-
tre Mechliniam
missus A. 1485.
S. FRAN-